

memoriā expeditōis quā recedētes d̄ egypto  
 in tabernaculū morabant. vt dicit **I**sid. vñ sce  
 nophegia d̄: a scenon grece qd̄ latine d̄: ta  
 bernaculū. **H**ec solēnitas sp̄ in septēbri cele  
 brabatur. q̄a collectis frugib⁹ de omnib⁹ de  
 cimas d̄no obtulerūt. et leticie ac gaudio t̄c  
 sp̄ealiter vacauerunt. **F**rondeb⁹ et ramis  
 domos suas ornauerūt fruct⁹ arboris pul  
 cerrime et suauis. i. poma cedri in manib⁹  
 portauerūt. **I**n decimo autē die eiusdē mēsis  
 triplex festū eodē die celebrauerūt. s. expiatio  
 nis. afflictionis. et p̄piciationis. **M**ā eodem  
 die summ⁹ pontifex intrauit cū sanguīe vi  
 tule rufe et expiauit sancta sanctoz. et ideo d̄:  
 dies expiatiōis. eodē die ieiunabat p̄pls p̄ re  
 aru vituli in deserto. et iō vocabat̄ dies affli  
 ctionis. dies yō vocabat̄ dies p̄piciationis  
 quia tali die audierūt dominū sibi placat⁹  
 fuisse et p̄pici⁹ sup̄ trāsgressione vituli ido  
 latre in deserto

**B**eencenia  
 Ca. XXXIII

**B**eencenia est noui  
 templi dedicatio. cenon enī grece  
 nouū d̄: latine **H**āc solennitatem  
 iudei diuersis t̄pibus celebrabāt s̄m q̄ diuer  
 sis t̄pibus vel nouū templum edificabat̄ vñ  
 edificatū d̄ nouo repabatur. sicut iudas ma  
 chabe⁹ legit̄ templū dedicalse et renouasse. j.  
**M**ach. iij. Dedicatiōis etiā festū tenet eccia  
 Cū enī ep̄us ecciam circuit aqua b̄ndicta ec  
 clesiam aspergit alphabetū duplex transue  
 saliter p̄pauimentū scribit. pietes signat cris  
 mate et linit. t̄bus et t̄bimiam p̄ q̄nq; p̄tes  
 altaris comburit. reliquias includit. altaria  
 ornat et vestit. emunitatē et p̄uilegia ip̄edere  
 p̄suevit

**I**ncipit liber decimus **D**e mate  
 ria et forma

**C**ompleto tra  
 ctatu de p̄prietatibus t̄pis  
 et p̄nū ei⁹. agendū est de ier  
 riorib⁹ reb⁹ et materialib⁹  
 creaturis. de elemētis scz et  
 eoz que ex elemētis materialib⁹ cōponunt⁹

**S**unt autē materia et forma ois rei corp̄alis  
 p̄ncipia. vt d̄: i libro de v̄nitate. **M**aterie au  
 tem et forme p̄uatio nihil aliud est nisi ton⁹  
 rei destructio. et est materia p̄raria v̄nitati  
 et ei dissimilis. vt d̄: ibidē. **M**ateria autē q̄n  
 to est natura subtilior et sublimior. tanto ad  
 susceptionē forme est habilior. q̄nto vero est  
 compactior et terrestrior et a natura celesti  
 remotior. tāto ad susceptionē impression⁹  
 formaliz est debilior. vt d̄: in libro de. v. sub  
 stantiz. et hoc habet p̄p̄iū materia s̄c̄ ibidē  
 dicitur. s. suscipe formā et nō suscipi. retinere  
 et nō retineri. **P**̄ncipiū autē distinctiōis di  
 uisionis et alienatiōis in reb⁹ generabilib⁹  
 et numeratiōis est materia. vt d̄: vij. met̄a.  
 q̄ generās n̄ differt a generato nisi s̄m ma  
 teriam. et ideo vbi est generās sine materia.  
 ibi est substācialiter idē generās et generatū  
 in substācia et natura vt in diuinis. **M**ate  
 ria enī est causa indiuiduatiōis rerū vt dicit  
**A**risto. iij. met̄a. q̄a diuisio sp̄ei per indiui  
 dua est s̄m materiā et nō s̄m formā. **I**tem ma  
 teria p̄p̄ia a p̄p̄iat sibi formā p̄p̄iam. vt  
 dicit. x. met̄a. vñ s̄m substāciam et esse sub  
 vna forma est vna materia. et sub pluribus  
 plures. **I**tem. iij. p̄h̄sicoz. **C**ausa quātitatis cō  
 tinue et infiniti est materia. subiectū enī con  
 tinuitatis et quātitatis diuisio est materia.  
 p̄pter qd̄ accidēs nō potest diuidi nisi s̄m di  
 uisionem et quantitatē subiecti. **I**tem mate  
 ria infinita dicit̄. vel quia diuisibilis est in in  
 finitū. vel quia habet appetit⁹ ad infinitas  
 formas. **E**t ideo p̄pter indeterminationē su  
 orum appetitū et inclinationē ad formas i  
 finitas d̄: infinita. et nō q̄ eius v̄rus sit infini  
 ta nō limitata scz neq; coartata sicut v̄t⁹ est  
 diuina. **E**t ideo dicit **P**lato. q̄ materia flux  
 it in infinitū nisi forma sistat fluxum. et ideo  
 corpa que multū habēt de materia et parū  
 de forma crescūt multū. vt patet i arborib⁹.  
 et ideo ossa parū habēt sensibilitatis. q̄ mul  
 tum habēt materie et terrestreitas. vt dicit  
**A**uicēna. **H**abet autē in materia potētia qd̄a  
 actiua que est forma incōpleta. et hec poten  
 tia est cōmunis duob⁹ p̄rarijs. vñ quādo  
 illa potētia ducit ad actū vni⁹ forme. appet  
 itatim esse sub forma p̄raria. vt ista potētia

que cōmuniter se habet ad frigidū & calidū quādo actualiter est sub frigido statim appetit esse sub contrario. Unde nulla forma corruptibiliū & generabiliū potest sufficientē cōplere potentiā actiūā in materia qm̄ semper appetat impleri p̄ aliā formā. Illa autē forma cū sit disparata non potest induci nisi p̄ corruptionē forme p̄sentis. s̄m̄ ergo q̄ v̄t̄ agentis immissa corrupti p̄sentē sic exercitat formā actiūā ad formā p̄trariā. et dat ei paulatim cōpletius esse donec fuerit sub esse cōpletissimo illi⁹ forme. Has & multas alias p̄prietates h̄ materia q̄s esset hic sup̄fluus recitare. q̄retū supra li. viij. de bonitate mūdi

De forma

Ca. I.

**E**x iā recitatis p̄prietatibus materie. relucet p̄prietates ipsi⁹ forme q̄ s̄m̄ Aristoteli. in li. de q̄nq; substātijs. ē q̄si lumen vnicuiq; pulcritudinē essentiā & signū tribuēs. Forme autem lumē materie infulsum descendēdo fit de bile & obscurū s̄m̄ materie capacitātē. Est autē forma differētia q̄ differt aliqd̄ ab aliquo. vt dicit idē. Forma autē alia est essentialis alia accidentalis. Essentialis forma est illa que adueniēs materie p̄ficiat eā & secū p̄uenit ad rei alicui⁹ p̄fectionē. qua posita res ponit. & qua destructa nihil de rei substātia inuenit. Vñ iij. phisicorū d̄. Forma cū materia est cā omnium accidentiū. Forma etiā accidentalis n̄ p̄ficiat res neq; facit eas sicut d̄. viij. met̄ba. sed quelibet forma accidentalis idiget forma substātia que est causa forme accidentalis. Forma v̄o omnis simplicior est & actualior et nobilior materia. Et ideo s̄m̄ Aristoteli. li. de animalib⁹. Forma se habet p̄ modū viri. q̄a potest informare multas materias. sicut vir potest secū dare multas feminas. Unde s̄m̄ exigentiā forme que est imp̄menda materie oportet materias disponi & p̄parari. q̄ si de materia terre debet fieri ignis oportet vt terra sublietur & depuret & simplicior fiat. Si vero ecōuerso tūc ecōuerso. Est autē forma materie manifestatiua. nunq; ei potest sensu videri materia nisi substātia v̄l accidentali forma sit imbuta. aut p̄ viā p̄uatiōis sic

videtur tenebra vidēdo nihil. et sicut audit silentiū nō audiēdo sonū. vt dicit Calcidius sup̄ pla. & cōmentator sup̄ p̄mū methaphisice dicit. Materia est causa q̄re male videmus res creatas. vnde nihil est cōmuni⁹ & generalius. et tñ nihil ignobili⁹ q̄ sit materia. q̄a nunq; videtur sine forma. nec etiā potest videri forma nisi cū materie actu sit cōiuncta. vbi vero plus est de forma ibi minus est de materia. sicut dicitur. iij. met̄ba. et ecōuerso vbi plus est de materia. ibi minus est de forma. et est res magis grossa et impura. magis ignobilis et obscura. quanto a nobilitate forme ampl⁹ est remota. Formas autē alia spūal' alia corp̄alis. Corp̄alis vero alia celestis alia elementaris. Forma autē celestis est ita actiua q̄ completōtū appetitū materie sue. & iō propter p̄sentiam sue forme cōplentis totaliter & p̄ficiēs celestē materiā substātia celi nō potest destrui vel corumpi sed potius per formā suā que in suo actu p̄fectissima ē in esse p̄petuo conseruari. Forma v̄o elementaris nō potest cōplere tantā potentiā materie sue nec ei⁹ p̄ficere appetitū. et ideo relinquit illius potētie materialis aliqd̄ incōpletum p̄pter qd̄ semp̄ appetit nouam formā. & ideo talia corp̄a sūt semp̄ corruptibilia quo ad potentiā & etiā sepius quo ad actū. Quāto enī forma est nobilior et spūalior et a cōditionibus materie separata magis et abstracta tāto est actualior et virtuosior. vt patet ī intelligentijs quarū substātia non dependz a materia. sicut d̄. in. iij. de anima. In habentibus materiā nō est intellectus. Verūtamē angelos nō habere in sua forma materiam non affirmo. sed siue angelorū essentia sit ex spūali materia et forma cōposita. siue nō hoc p̄certo tenet q̄ eorū sub̄a respectu rerū corp̄aliū simplicissima est & actualissima sic forma spūalis actualior est q̄ forma corp̄al' vt dicit albu. vñ respectu materie nobilis est forma cuiuslib; mixti. nobilior ē forma elementis. nobilissima autē ē forma corp̄is q̄nti siue celi. s; oēs istas formas incōpabiliter in nobilitate et actualitate spūalis forma siue sit in angelo siue in anima p̄cellit. Et bec d̄ p̄prietatibus forme et materie prout ad hoc

opusculū p̄tinet dicta iā sufficiāt

**De elemento  
Capitulum. II.**

**Elementū s̄m Lō**

**E**stantinū est simpla et minima cor-  
poris compositi picula. Prima  
autē dicitur quo ad nos, quia sensu non percipi-  
tur. Est enim particula minima et vltima in cor-  
poris resolutione sicut fuit in prima compositi-  
one. Dicitur autē simpla, nō quia simplex sit  
elementū sine cōpositione aliqua, sed quia nō  
habet partes aliquas cōponentes specie et  
numero differentes, sicut aliqua corpora que  
sunt mixta, vt patet in metallis quorū pres-  
different. Pars enim quedā est aer quedam  
terra, et sic de alijs, sed quelibet pars ignis ē  
ignis, et sic de ceteris. Dicitur autē elementū  
quasi elementū s̄m Iudorū, ab ille, eo quod om-  
nium corporū sit materia et quasi primitiuū fūda-  
mentum, et s̄m aliquos dicitur quasi eleuamen-  
tum siue alimentū, eo quod omnia corpora alū-  
tur elementaribus qualitatibus et augmentantur.  
Sunt autē quattuor elementares qualita-  
tes, quarum due sunt actiue scilicet caliditas et  
frigiditas, et due passiue scilicet siccitas et humi-  
ditas, quarū conueniētie et differentie supe-  
rius in quarto libro plani describuntur, que  
ibi. Inter qualitates autē elementares con-  
trarietas est et repugnantia ratione quarū  
ad inuicē agunt et patiuntur et generantur et  
corrumpuntur, quātūcumque autē ad inuicē  
contrariantur in fluentiā tamen celi et plane-  
tarū virtutē cōciliantur in suis effectibus et  
ad concordiam reducunt, et ideo quodam mi-  
rando nature nexu coniunguntur. Nam ignis  
et aer conueniunt in caliditate, quibus discre-  
pant in siccitate et humiditate. Aer vero et  
aqua in humiditate cōueniunt, sed discordant  
in frigiditate, sed aqua et terra concordant  
in frigiditate, sed discordant in humiditate  
et siccitate. Ignis autem et terra que sunt ele-  
menta summe distantia s̄m suū cōueniunt  
in siccitate, discōueniunt tamen in frigiditate,  
quia terra frigida est substantialiter et vltimo,  
ignis vero essentialiter calidus est et in  
summo. Existis autē elementis quattuor duo

sunt nobilioris substantiæ et purioris et leuior-  
is scilicet aer et ignis, et ideo a centro ad circūfe-  
rentiā motū habent et naturaliter mouentur  
sursum, et ista duo cōtrahunt nobilitatē suā  
quo ad virtutē operationē et substantiā ex  
vicinitate orbis siue celestis corporis a quibus reci-  
piunt influentiā mobilitatis et virtutis.  
Nam virtus celestis primo influit super speras  
ignis et pinguis super speras aeris, et ideo hec  
duo elementa sunt ceteris sublimiora quo  
ad suū, abilioza quo ad motū, puriora et sub-  
tiliora quo ad substantiā, clarioza et magis  
perspicua quo ad formas, virtuosiora quod ad  
actū. Duo autē elementa sunt inferiora scilicet  
aqua et terra ceteris duobus naturaliter gra-  
uiora, motū a circumferētia ad centrū deorsum  
habēta per aggregationē partium, et cōpa-  
ctionem spissa et obscura, et ideo predictis du-  
obus sunt grossiora et materialiora plus habē-  
ntia de materia quod de forma. Unde propter  
summā elongationē a spera orbis celestis  
virtuti motiue celi non ita sunt obedientia  
sicut duo prima. Namque sunt elementa  
ociosa imo in agendo et patiēdo sunt cōtinua,  
vnde nunquam quiescunt a generatōe et mo-  
tu. Terra enim et si quiescat a motu nunquam in-  
quiescēt et cessionē recipit ab effectu, et sicut  
non sunt ociosa ab actu, sic non sunt vacua  
ab ornatu. Nam quodlibet elementū habet  
ornatum suū, ignis sidera, aer volatilia, aqua  
natailia, terra gressibilia, vt dicit Beda. De  
quibus aliqua auxiliante domino breuiter  
sunt dicenda

**De igne**

Ca. III

**Ignis est corp⁹ sim**

**I**gnis est corpus simplicissimum in vltimo calidū et siccū, vt dicit  
Cōstan. Naturaliter enim super aerē  
sedē querit. Per violentiā enim in aere vel in  
terra detētus paulatim in mollē aere euascescit  
vt dicit Ili. Proprietates autē ignis tāgit de  
onyxi in hierarchia angelica, c. xij. Ignis in-  
quit est corpus sensibile, longe excellētius et sub-  
tilius omnibus alijs rebus corporalibus et nature  
spūali primū ac per hoc effectū suū dissimili-  
tū alijs demonstrat. Ignis enim in omnibus est  
et per omnia dare se percipit et ab omnibus nō

remouetur. Est tamē occultus incognitus im-  
 mensurabilis inuisibilis quāmodo incorpo-  
 reus potēs ad actionē propriam. mobilis tra-  
 dens se omnibus quoque modo approximātibz  
 mouens vniuersa se participātia. renouatus  
 omnium. nature custos. illuminatus cum cir-  
 cumuelans splēdore. clarus. discretus. dis-  
 tinguens et resiliens. deorsum pascēs et sur-  
 sum mouēs. acute means. excelsus. nō reci-  
 piens ignominia minoratōnis. semp moti-  
 uus. comp̄bensiuus. et mutatiuus se reuertēs  
 potenter actiuus. **¶** Hec verba dionysij diui-  
 nissimi. profundissima sunt. Describunt enim  
 ignē quo ad eius substantiā virtutē et ope-  
 rationē. Unde ad declarationē predictōrum  
 verba cōmentatoris breuiter sup hunc locū  
 hic ponemus. Ignis enī inter omnia elemē-  
 ta suū habet sublimiorē. et hoc quia naturā  
 habet leuiorem. Et ideo dicit excelsus. quia  
 pondere carens sublime querit vel petit. su-  
 pereminet vniuersis. et quicquid corporeū est  
 p̄ter ipsum naturaliter sub eo subsistit. Item  
 inter omnia elemēta naturā habet puriorē  
 et subtiliorē. et dicit quāmodo incorporeus. quā  
 p̄pter subtilitāre sue substantie p̄ter subiectas  
 materiā sensu nō videt. p̄pter hoc enī videt-  
 tur multū nature spirituali primū. quia quō-  
 dammodo videt ignis esse medius inter visi-  
 bilia et inuisibilia. Inquātū autē illis app̄-  
 pinquat superioribus est incorporeus. sed in quā-  
 tum app̄pinquat inferioribus corporeus est  
 Item naturā habet ceteris elementis actuali-  
 orem et in agendo fortiorē. et ideo dicitur im-  
 mensurabilis. quia eius virtus et operatio  
 crescit in infinitum. si materia fuerit infinita.  
 quōdiu enī materia subiecta sufficit ignis nō  
 deficit sed semp̄ ponitur crescit. Item naturā ha-  
 bet occultiorē. et ideo dicit occultus. quia in  
 sua essentia sensibiliter nō videtur. inuisibilis  
 et incognitus dicit. quia sine substantie ma-  
 teria sensu nō percipitur. Quid enī sit in sua  
 essentia seu substantia vix cognoscitur intelle-  
 ctu. Item virtutē et naturā habet alijs mobili-  
 orem. et ideo dicit mobilis et potēs omnium. quā  
 in igne est principiu virtutis motiue. quā mouet  
 se et alia et a nullo inferiori se mouet. Item na-  
 turam habet ceteris inferioribus clariorem

Unde dicit quod ignis est illuminariū. quā clari-  
 tate sua omnia illuminat. sed cū circumuela-  
 tus splēdore. **¶** Nam splēdidi ignis radij fo-  
 ris emicant sed circumuelant. quia rursus ad  
 secretū sue substantie sinuz reduci a nostris  
 sensibus occultantur. Item ex subtilitate sue sub-  
 stantie virtutē habet omnibus alijs acutiorē  
 rem et penetrabiliorē. propter quod dicit acute  
 means. quia proprie virtutis motu subitrat  
 sine resistētia et penetrat vniuersa. Item ignis  
 habet virtutem sui et aliorū manifestatiuam  
 et distinctiuā. **¶** Nam se manifestando alia se  
 bi obiecta manifestat eorum colores et figurā  
 oculis representans. et ideo dicitur clarus.  
 manifeste discretus. distinguens. Item vim  
 habet inferiorū ad superiora attractiuā. nam  
 materiam in quā agit rarefaciendo dissol-  
 uit et caloris sui violentia sursum trahit p̄-  
 p̄ter quod dicit deorsum pascens et sursum  
 trahens. Item virtutē habet renouatiuā. Om-  
 nia enim veterascunt antiquantur et deficiunt  
 que virtute ignea nō seruantur. ut patet in sen-  
 tibus in quibus deficit calor naturalis. Et ideo  
 dicit renouatus omnium et etiā nature custos  
 sine enī virtute ignis nō potest subsistere vni-  
 alicuius corpore naturalis. Item virtutē habet im-  
 mutatiuā. quia omnium naturā in quā agen-  
 do superat conuertit in suā speciem et trāsmu-  
 tat. et p̄pter hoc dicit app̄prehensiuus et immu-  
 tatiuus. **¶** Nam materiā in quā agit app̄prehēdēs  
 illā non deserit. sed consumendo in suā simi-  
 litudinē conuertit. app̄prehēdēs autē nō ap-  
 prehenditur. quia consumptio eius in quod agit  
 in se resiliat et redit. Et ideo dicit resiliens. **¶**  
 Item virtutē et naturā sui ipsius cōmunicati-  
 uā habet et sine diminutione diffusiuā. et ideo dicit non  
 recipe ignominia minoratōis. quā sic cū effū-  
 ditur nō auget sic cū recipit nō minorat. ne-  
 quē in eo quod videt augmētū recipe ē capiens  
 gliam. nequē in eo quod putat minor sustinet cō-  
 tumeliā. Item naturā habet purgatiuā. metella enī  
 quā nō potest sumere a scoria et rubigine mūdā-  
 ficat expurgat et mūdā. Item virtutē habet sapoz et  
 hūoz alteratiuā. vni et hūozes in corpore excoct  
 et digerit et cibos crudos consumendo eis sup-  
 flua sapidos et sanos reddere soluit. Item  
 virtutē habet sue substantie per rerū omnium

et cōmixtorū corporū essentiā diffusiuam. qz  
in rebus omnibus inuisibilis est inclusus.  
qz qz includi actualiter nō videat qd ind est  
manifestū. quia ex forti corporū solidorū alli-  
sione ignis excutitur in qbus esse nullaten⁹  
putabat. Item ignis subtilitate sua substan-  
tiali habet virtutē sui cū alio corpe immedu-  
atissime vntiūā. vt patz in ferro ignito z car-  
bone inflāmato et b⁹ mōi. in qbus ignis ita  
fm omnes sui partes singulis ferri et carbo-  
nis particulis cōiungit vt videatur vna suba  
et alteri⁹ sensibilis distātia penitus nō senti-  
tur. Vnde et triplex ignis spēs a plis diffini-  
tur. Est enī ignis lux. ignis flāma. ignis car-  
bo. Ignis ei est in sua sfera lux. sed flāma di-  
citur in materia aeris. carbo autē in substā-  
tia terrea siue in feculētia materie grossioris  
Has et multas alias habet ignis pprietates  
de qbus supra libz scdo in tractatu de ordi-  
ne seraphin. et libz qrtō de qluatib⁹ elemē-  
tarib⁹. i. de calore qre ibi. Nā ea q dicta sunt  
hic sufficient

**De flamma.**

**Ca. III.**

**Flamma est mate-**

**F**lamma ignea in substātia aerea accēsa.  
Nā aer ppter sue substātie subtili-  
tatem et imediatā quā habet cū sfera ignis  
vicinitatē de facili ignitur z in naturā igne-  
am cōmutat. et fm q substātia aerea est pu-  
rior tanto flāma erit lucidior z clarior et na-  
ture lucis similioz videbitur. Mouet autē  
flāma naturaliter sursum z ab omni pte rei  
accense linealiter in acutū tendit et in conuz  
vñ in sua extremitate bz formā pineā et acu-  
tam. vñ in suo acumine ppter cursū radio-  
rum in angulo acuto forti⁹ caloris sui imp-  
mit actionē. z iō qā in sumo pyramidalī an-  
gulo calidior existit materiā sibi oppositā in-  
flāmat facili⁹ z accēdit. Calorē fm materiā  
i quā agit recipit. Vñ si materia est turbida  
z fumosa turbidā et obsecrā reddit lucem. z  
ecōuerso si materia fuerit rāspārēs z pura  
rutilat z lumbiosos radios vndiqz circūfun-  
dit. tenebrosa illuminat et abdita pdit. viā et  
vie offendicula ambulātib⁹ oñdit. ppter sui  
leuitatē z materie aeree mobilitatē in quam

agit. In motu est continuo z nūqz penit⁹ re-  
scit. vñ modic⁹ impulsus flāmā excitat et  
accēdit. sz si fuerit nimis vehemēs flāmā dis-  
sipat z extinguit. tortuose et amfractuose ae-  
rem ipellit. z iō mouet circularitē et in-  
cendit. vt dicit mar⁹. Vñ vulcan⁹ a iunone  
in terrā picet⁹ fm figmēta poetica claudus  
fuit. ex violētia sui mot⁹ ptes materie i quā  
agit inuicē alludēdo pcutit z ex pūū collisiōe  
mutua sonū facit locū supiozē qre fatagit  
z materiā cui p in corpōtib⁹ adheret ab infer-  
ris ad supioza attrahere nō desistit

**De fumo**

**Ca. V**

**Fumus est uapor**

**F**ex ptes materie subtiliorib⁹ et bñi-  
diorib⁹ vi caloris resolut⁹. Nā autē  
graues ptes mixtas cū leuib⁹ ex qbus obscu-  
ritatē ptabit et fetorē. vñ aerē denigrat et  
in naturā fumigabundā pvertit. Amari-  
dinē enī ex materie sue grossicie ptabit. ex cu-  
tus acumie oculos amarecat ac lachrymal  
puocat. sensibilē visum ledit suo acumine z  
ad cerebz penetrat z spūm aīalē grauat z p-  
psequēs naturalē. vñ dicit in li. aīaliū q fum⁹  
candele extincte ledit pgnantes intantū q si  
equa pcuriens talē fumū senserit faciet abor-  
tuum. fum⁹ z apib⁹ etiaz est inimic⁹ z ledit  
accipitres z alias pde aues. vt idē dicit. fum⁹  
in sup cito mori postqz orit. vt dicit glo. ibi.  
Sicut virgula fumi. Cito ei in altū ascēdit  
et subito euanescit. ex igne orit et aīqz appa-  
reat ignis apparere videtur. a vento mouet.  
et dispergitur multipliciter circūferē. fumus  
etiā oñdit ventū a qua pte veniat. qā illic fu-  
mus tendit q ventus ipm agit et impellit  
vt dicit Greg. domos denigrat et inficit. z i  
parietib⁹ generat fuligines atqz nutrit. loca  
angulosa perit z in eis infectōis vestigia im-  
pmit z derelinqt. Fum⁹ etiā aromaticus a  
spēbus aromaticis resolut⁹ ē sensui olfact⁹  
delectabilis et amic⁹. Cerebz nāqz est pfor-  
tatiu⁹ et spirituu⁹ cordis et capitis reparati-  
uus. reumatis et nociui fluxus restrictiuus  
delicatiu⁹ pstrictiu⁹ z poroz obstructorū  
aptiuus z ad pfortationē neruozū ad inter-  
ora penetratiu⁹. serpentis et venenosozū

animaliū ⁊ reptiliū fugatiū. Omne etiā  
fumū ⁊ maxime odorifery odiūt taz colubri  
q̄z serpentes. vt dicit Greg. Fum⁹ in sup a ci  
bo vel potu resoluit⁹ vi caloris ascendēs ad  
cerebyz neruos sensibiles opilat ⁊ somnum  
generat ⁊ sensus exteriores ligat. ⁊ p se q̄ns  
calorē naturalē ad interiora reuocat et vru  
tem in interiorib⁹ adiuuat ⁊ pfortat. Si vō  
fuerit fum⁹ melācolic⁹ vel nimis acut⁹ aut  
venenosus ex cibo vel potu aut ex medicina  
nocua resoluit⁹ ad cerebyz aduolat. vru tem  
animalē aggrauat timorē generat vt in me  
lancolicis frenesim ⁊ furorē excitat. vt in fre  
neticis ⁊ ebriosis. obliuionē ⁊ eresipilā gene  
rat vt in letargicis. sensus et rōnis vsu puat  
vt in epilepticis ⁊ caducis. Has ⁊ mltas alias  
infert corpi fumolitas pessimas passioēs et  
nocuas. fumi etiā a terra ⁊ a mari vru te ca  
loris ad supiora attracti aerē inficiūt ⁊ pde  
sant. nubes ⁊ nubila generāt vētis tēpestati  
bus ⁊ alijs aeris passioib⁹ fomētū ⁊ materi  
am āministrāt. radios solares i aere incipi  
unt ⁊ obūbrāt. ⁊ de fumo dicta sufficiāt.

**De carbone**  
Capitulum. VI

**C**arbo est ignis ac  
tualit⁹ incorpat⁹ terrestri materie ⁊  
vnu⁹. vt dicit Raba. vñ ignis p sui i  
corpationē pibus grossiorib⁹ terrestribus  
admixtus p quandā violentiā inferius deti  
netur. vñ sicut ignis i flāma mouet sursum  
sic carbo crepitādo ⁊ scintillādo gūitate ma  
terie deorsū inclināt. carbo itaqz qñ ignitur  
vertit in ruborē. s; qñ extinguit induit nigre  
dinem ⁊ oino p dicit p̄stina ignis spēm ⁊ deco  
rem. vñ qnto fuerit pulcrior ex sui ad ignē p̄  
ma vnitae siue vnione tanto apparet defor  
mior ⁊ vilior in ipsi⁹ ignis extinctōe. in carbo  
ne aut subalis humiditas totalit⁹ sumit. et  
iō de facili rūpit ⁊ frangit qñ būor q̄ fuit cā  
coadherētie pnum ignis totalit⁹ violētia ex  
haurit. ⁊ ideo in carbone extincto ps a pte d̄  
facili rūpit. qz nihil humiditatis p quā ptes  
cobereant in ipsi⁹ suba inuenit sic dicit greg.  
pibus terrestribus solum remanētib⁹ ppē  
dominiū siccitatis de facili igni ⁊ accendit

Sed postq̄ accessus fuerit facili⁹ reextingui  
tur. ita q̄ in eo nihil de ignis vestigio p̄ter ni  
gredinē repit. nigredine enī sua polluit ⁊ in  
ficit q̄cqd̄ tangit. carbo etiā ignitus acutissi  
mus bz ignē ⁊ summe actiuū ⁊ penetratiuū  
vnde sui acumie ferrū coqt ⁊ ptes ei⁹ resol  
uendo ⁊ relaxādo remollit. suo etiā acumie  
caput ledit. sub cinere ātinuoluit⁹ i se ignem  
retinet ⁊ custodit. Detect⁹ aut ⁊ frigidō aeri  
exposit⁹ i fauillaz multitudinē redigit ⁊ p se  
subito euanescit. vt dicit Greg. Carbo vō si  
ignit⁹ fuerit plātas pculcātis vut et ledit. ex  
tinct⁹ vō q̄zuis vredo n̄ ledit tāgentē. strido  
rem tñ et strepitū magnū facit

**De scintilla**  
Capitulum. VII

**S**cintilla est modi  
ca ignis picula ex materia ignea  
virtute ⁊ impetu caloris dissoluētis  
resoluta. vnde motus scintillaris est subit⁹.  
vni ignea subito resoluit ac sursum mouet  
sed ex grauitate p̄tis terrestris ad centrum  
tandē inclināt. Item mot⁹ ei⁹ clarissim⁹ est ad  
modū stelle ⁊ luminosus. ⁊ p diffusionē sue  
igneitatis in aere apparet vndiqz radiosus.  
Est p̄terea motus ei⁹ ad modū ignis actiu⁹  
et virtuosus. Hā modica scintilla in fungo  
vel in stipula recollecta i ignē maximū subi  
to augmētāt. aeris immutatioē subito eua  
nescit. ⁊ extincta nihil nisi fauillaz p̄ se relin  
quit. vento t̄pato seu flatu accendit. impetu  
oso aut extinguit. aerē impellēdo penetrat ⁊  
tamē i penetrādo ipm aerē parū alterat aut  
immurat. quāto ignis est fortior tāto scintil  
laris mot⁹ siue impetus erit maior. Ex ma  
teria viridi vel humida scintille grossiores ⁊  
in suo effectū penetrabiliores generātur. ve  
rūtamen pauciores

**De fauilla**  
Ca. VIII.

**F**auilla a fouendo  
est dicta eo q̄ ignē foueat atz te gat  
Est cinis modic⁹ de extinctōe scintillaris ma  
terie d̄relict⁹. vt. d. j. si. ē āt fauilla tenuis moll.  
subalbida ⁊ sicca atz leuis i superficie carbois

igniti adberēs fulgorē ei⁹ bebetat. ⁊ seruoꝛē  
ei⁹ attenuat ⁊ minorat. Ad modicū vēn flas  
tum dispergit. Dispersa vō vix vnq; recolligi  
tur. vt dicit Greg. de facili inflāmat. sed ppē  
defectū nutrumēti subito extinguit. Fauilla  
etiā qñ est ignea vēti raptu sursū tēdit. extin  
cto aut pprio pōdere ima petit. vt dicit Greg.  
vñ deorsū tēdit motu pprio. s; sursū extollit.  
et rapit motu alieno

**De cinere**

**Ca. IX.**

**Q**uis a cadendo

**C**est dicit. nā de suba materie terre/  
stris vi calozis resolut⁹ generatur  
vt dicit Ili. Est aut cinis mollis despecti co/  
lozis. amari ⁊ stipuci est saporis. ptes bz mi/  
nuissimas et tenuissimas leui flaru sparsio  
nis ⁊ diuisiōis receptiuas. Cinis etiā vtutes  
bz colanūā siue mūdificatiuā. vñ valz ad ve  
stū ablutionē. bz etiā vim corosiuā ⁊ desic/  
catiuā. vt dicit Arist. Cinis insup si fuerit ca  
lidus ignē ab eo tectū custodit. si vero fuerit  
frigid⁹ destruit ⁊ extinguit. Cinis et p mltaz  
ignis pflagrationē ⁊ violentiā suā formā vi  
lem ⁊ obscurā aliquoties cōmutat in spēm  
vitreā atq; clarā. nā ex materia cineruz solet  
fieri vitrū. vt dicit Greg. Hoc aut bz cinis de  
fectus ⁊ impfectiōis. qā q̄uis q̄tidie aq̄ vel  
pluuię irrigationē suscipiat. steril in manet.  
vñ terrā quā tāgit nō fecūdat. s; pot⁹ si steri  
lis fuerit reddit sterilioꝛē ⁊ in oib⁹ vilioꝛem.

Et h de libro decimo sufficiat

**Incipit liber vndecimus De ae  
re et passionibus eius**

**Er est dicit eo**

**A**qferat ignem et ab aq fera/  
tur. vt dicit Ili. Aer autem  
partim p̄inet ad materiaz  
terrestre partim ad materi/  
am celestē. vt dicit beda. **Ita**  
ps aeris superior pura clara et quieta. vbi p  
celloli et ventoli motus nō possunt attinge  
re p̄inet ad celestē. ps vero inferior spere aq̄  
et terre vicina. turbulenta. grossa et cōpacta  
ex humidis et terreis vaporib⁹ corpulēta p̄  
tinet ad terrestrem. et hec ps aerea diuersas

ex se producit species. **Ita** vt dicit **Idonius**  
**Aer** vehemētius cōcitatus facit vētos cho  
ruscationis et tonitrua. cōfractus nubila. cō  
spissatus pluuias. cōgelat⁹ niuē et grādinē  
distent⁹ serenitatē. vt dicit Ili. et Beda. **Ita**  
aut habet raritatis ⁊ inanitatis q̄z cetera ele  
menta. Est aut aer s̄m cōstan. elemētū sim  
plex substācialiter humidū et calidū. Ex pro  
pria eni natura seu substātia est humid⁹ sed  
ex vicinitate orbis calidus. et ideo s̄m vtrius  
qz qualitatis pprietatem aer est sui natura  
liter diffusiu⁹ a superficie terre et aque vsq;  
ad speram ignis vñ diq; extensiuus. Ex sub  
stantie autē sue subtilitate et raritate trāspa  
rens est et perspicuus. vñ de ratione diapha  
neitatis sue ⁊ transparentie est influentie ce  
lestis virtutis et impressiōis solaris lumis  
receptiuus. virtutis inspirandi et respirādi  
est aer omnibus animantib⁹ ministratiu⁹.  
omniū eni animantiū est respiraculū et vo  
lantium celi pprium habitaculū. Sine eniz  
aere non potest viuere aliqua animata cre  
atura. Aer eni rōe leuitatis substācialis est  
naturaliter mobilis et alterabilis ac vertibi  
lis in oppositas qualitates. vñ ex vaporibus  
terre et maris sepe recipit immutationē. nā  
si vapor fuerit fens⁹ et corrupt⁹ ac veneno  
sus aer corumpit et inficit. cui talis vapor  
pestifer admiscei. Si vō fum⁹ ex pura ⁊ mū  
da substātia fuerit resolut⁹ et odorifera. aer  
odoriferā et nature amicabile ex incorpō  
ne fumi odoriferi recipit qualitātē. Itē aer  
nos circūdās sūme nob est vtilis pp̄ anbe  
lut⁹ necessitatē ⁊ vitali spūs p̄tinuuz nutrimē  
tum. Si ei clar⁹ lucid⁹ et pur⁹ fuerit. hūores  
atq; spūs erūt lucidi atq; puri. Si vō turbi  
dus et nebulosus hūores erūt turbidi. spūs  
grossi ac infecti. vt d. Arist. et philaret⁹. vñ de  
aer ē elemētū ⁊ corpōꝛ ⁊ spiritūū. Euetatio  
enī aeris adueniēs spiritūb⁹ ē cā melioratio  
nis eoz ⁊ depuratōis ⁊ mitigatōis. p̄hibēs  
spūs et hūores ab inflāmatōe. attractus enī  
a pulmone cordi. p̄ cor totū corpū p̄bet tēpa  
mentū. vñ aer maxie imutat corp⁹ ⁊ igredit  
ad interiora spiritūū. et miscei cū eoz suba  
que corpū p̄bet vitam. **Ande** si aer fuerit pu  
rus ⁊ mediocri⁹ in suis qualitātib⁹ p̄tatus